Quartam peticionem ꝙ baldach et
calipham deſtrueretur dixit haalon
fratri ſuo in mādatis qui tūc regem
perſarū ſubiugauerat ſtatim diſpoſi
to de regno ꝑſarū et eiꝰ cuſtodibꝫ cū
rege armenie baldach obſidebat et
regno perſarū ordinato minuen ciui
tatē magnam ſe tranſtulit et ꝑ hye-
mem ibidem permanſit. et marcio ad
ueniente cū rege armenie baldach et
calipham obſedit et ꝑcipiens quatu
or capitaneis quorū quilibet trigin
ta milia tartharorū ſub ſe habuit ꝙ
baldach ſine interuentu obpugnarēt
quouſqꝫ ciuitatē caperent qḋ factū ē
Nā ciuitatē die. xxx. ceperūt et īdiſ
ferent oēs habitatores iuuenes et ſe
nes interfecerūt tanta et talia in argen
to et auro et lapidibꝫ ꝑciosis recepe-
rūt ꝙ inauditū ē vnq̄ in aliq̄ ciuita
te tāta et talia ſpolia vnq̄ inueniſſe
et recepiſſe. Nā ex eiſdē ſpolijs tota
tartaria eſt ditata in ꝑſentē diē. nec
in tartaria adhuc ē aliqḋ vas aureū
vel argenteū quin ibidē de baldach
ſit delatum et deportatum. Interfe-
ctis itaqꝫ et receptis omnibꝫ caliphā
receperūt et haalon portauerunt cū
omni theſauro ſuo qui tantus erat
ꝙ haalon inſpicere expauit et ammi
rās calipham ait exquo tu miſer tan
tum theſaurum habuiſti quē inſpice-
re expaueſco et cum eo totū mundū
debuiſſes ſubiugaſſe quare ſtipenda
rios nō habuiſti qui ciuitatem defen
diſſent. calipha reſpondit malū con
ſiliū hoc dampnū michi intulit. Nā
michi dixerunt ꝙ etiam mulieres ci-
uitatem cōtra tartaros defendiſſent
Et ait haalon ecce tu es machame-
ti ſucceſſor et legis ſue doctor nil ma
li audio tibi facere nec decet te vt ce

teros hoīes viuere nec vt alios homi
nes comedere. Nam machameti lex
et doctrina ex ore tuo ꝓcedit et iuſ-
ſit eum in pulchro palacio collocari
et ſerpentes coram eo aurū et argen
tū lapides ꝑciosos et margaritas di-
cens Ecce os de quo tanta lex proce
dit et doctrina decet talia manduca-
re ꝑciosa et calipha clauſuſqꝫ ita in
palacio die duodecimo fame mortuꝰ
eſt inuētus. et poſtea verus calipha
machameti ſucceſſor non ſurrexit in
baldach in ꝑſentem diem. Nūc im-
perator tartharorum dominium ha-
bet in baldach ſed habitatores eius
ſūt ſarracem ſub maximo tributo vi-
uentes multa in partibꝫ iſtis audiui
et legi de baldach mendacia. Nam
in partibꝫ iſtis dixerunt valde breuitē
et in ſcripturis habuerunt qualiter
rex baldach ſcripſerit ad dominos de
partibus iſtis inuitaſſet et rogaſſet
eos in baldach ad haſtiludia et tor-
neamenta qḋ falſum eſt. Nam non
eſt aliq̄s hō qui recordetē in baldach
vnq̄ fuiſſe haſtiludia et torneamta.

¶ De ciuitate Suſis.

Prope baldach ad quatuor
dietas eſt alia ciuitas q̄ olim
ſuſis vocabatē in q̄ regnauit
aſſuerus nūc taurus vocatē. in hac ci
uitate eſt arbor arida de qua dicitē ꝙ
imperator romanorū clipeū ſuū pen
dere debeat. i hac ciuitate dicūt icole
ꝙ nullꝰ iudeꝰ viuē poſſi vel morari.

¶ De camelech ciuitate.

Non remote a tauris ē alia ci-
uitas noie camelech q̄ etiā
imꝑatori tartarorū pertinet
et dr̄ ꝙ illa ciuitas ſit dicior et meli
or q̄ totū dominiū ſoldani.

¶ De nylo fluuio.